

## Aduertencias para

Confessor. i. §. 7. Nauarro cap. 27. nū. 264.  
Immo non potest illam auctoritatem datam  
postea tollere sine causa rationabili, vt iam  
dictum est. Quia ius cui Episcopus est sub-  
ditus mandat, quod sit perpetua, vt patet al-  
legato cap. Si gratiōse, & est regula. Bene-  
ficium Principis decet esse permansurum, de  
Regulis iuris in. 6. Vbi Glossa dicit, quid  
decet, importat necessitatem in inferiori-  
bus Pape.

¶ Sexta conclusio. Fratres Mendicantes  
debitē presentati & à suis Superioribus ex-  
positi & deputati ad audiendas confessiones  
secularium, possunt absoluere omnes Christi  
fideles in locis vbi sunt expositi, ab omnibus  
& singulis peccatis: præterq; Sedi Aposto-  
licę dumtaxat reseruatis. Nec non eis [pœ-  
nitentia & satisfactiōne iniuncta] quoties  
oportuerit absoluere ab omnibus & singulis  
peccatis: præterq; Sedi Apostolicę dumtaxat  
reseruatis. Nec non à quibuscunq; suspensiō-  
num: excommunicationum, interdicti sen-  
tentiis: aliisq; Ecclesiasticis censuris & pœ-  
nis, quas [à iure vel ab homine latis: satisfa-  
ctiōne iniuncta] incurrisse, quomodo libet cen-  
sibuntur. Insuper & vota omnia permuta-  
re